





E. 30. num. 30.

971

SPECIMEN INAUGURALE ACADEMICVM

DE

VIDVA NOBILI MECK-  
LENBURGICA,

PRAECIPVE

De

*Portione Viduarum Nobilium in Megapoli  
Statutaria.*

P R A E S I D E

CHRISTIANO NETTEL-  
BLADT,

JCTO ET ANTECESSORE PRIMARIO, FACULTATIS  
SVAE SENIORE ET P. T. DECANO, REGII CONSISTORII  
DIRECTORE, ET ILLUSTR. SOCIETAT. REG. VPSAL. SODAL.

P R O L I C E N T I A

AC SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
CONSEQVENDIS

D. XXIII. MAY. A. O. R. MDCCXXXVIII.

PVBlice VENTILANDVM PROPONIT.

HENRICVS NETTELBLADT,

ROSTOCHIENSIS.

G R Y P H I S W A L D I A E,

AERE HOEFPNERIANO.



P. 408.

1738/8



BOHEMIAE ACADEMIAE

DE

VIDVA NOBILIS MECK-  
LENBURGICA

PRAELECTORIS

Positione Viduarum Nobilium in Megacorum  
Seminariis

P R A E S I D E

CHRISTIANO WITTEL-  
BLADT

DOCTO ET ANTECESSORE PRIMARIO FACULTATIS  
SALUBRIS ET DECANO ACADEMIAE CONSISTENTIS  
MAGISTRO ET DIRECTORI SOCIETATIS REGIAE SODALITATIS  
P R O F E S S O R I A

AC SUMMIS IN ATRIOVE IURE HONORIBUS  
CONSERVANDIS

D. XVII. MAII. A. O. R. MDCCCLXXIII.

PRAELECTORIS VENTILANDI TRONITZ

HENRICVS WITTELBLADT

ROSTOCKENSIS

DRUCKSCHWABER

THE HOPPERMANN

Handwritten stamp or mark, possibly a library or ownership mark, located in the bottom left corner of the page.





## PRAELOQVIVM.



Habet illud praefens nostrum saeculum praecipui, vt maiori, quam in prioribus factum, cura atque solertia in enucleandis eruendisque provinciarum legibus atque constitutionibus, diligentiam ac operam suam impendant iurium nostrorum prouincialium periti. Perhibent huius rei testimonia non modo quae hoc nostro aevo in Jure Germanico Vniuersali prodierunt edecumatae Jurisprudentiae domesticae specimina, sed & tam Constitutionum prouincialium vasta haud pridem typis exscripta & adhuc Ill. M O S E R I opera & studio exscribenda volumina, quam etiam in vulgus edita ad singulares Jurium prouinciae materias eiusue historiam facientia scripta, varii generis cogitationes, observationes, disputationes huiusue generis alia. Desudarunt enim nostra memoria viri Jurisprudentiae fama & eruditione conspicui haud pauci; immo adhuc hodie in eo  
A sum-

summo allaborant studio peritorum iuris quam pluri-  
 mi, vt veterum pariter ac recentiorum iura Germani-  
 ca, ex squalore & oblivione in lucem producant, placi-  
 taque maiorum nostrorum domestica, hactenus con-  
 temptim habita, nobis cultiora exhibeant adque vsu-  
 quem vocant modernum forensem, aptiora magusue  
 accommodata reddant, repoliantque. Vtinam modo  
 illi in laudabili hoc ardore non deferuescerent, qui huic  
 labori operam atque studia sua hactenus manciparunt;  
 partim etiam alii, quibus vel custodia & cura rerum  
 forensium & provincialium demandata est, vel etiam  
 vsus & experientia singularia non vbique obvia de le-  
 gibus domesticis edocuit, priorum exemplo excitati,  
 loculos suos excuterent, omniaque, quae vt arcana &  
 cimelia custodiunt, ruptis ligamentis & claustris, in pu-  
 blicum tandem vsu darent, diulgarentque. Sic  
 haberet aliquando Germania suam propriam & dome-  
 sticam Jurisprudentiam, iure quasi postliminii resti-  
 tutam, recuperatamque, nec tanto, quo hodie opus est,  
 indigeremus peregrini Juris Civilis Romani & auxilio  
 & subsidio. Excitet omnes, quot quot Jurisprudentiae  
 sacris sua dederunt nomina, ad sedulo hoc peragen-  
 dum, monitum **QVINTI MVTII** in *L. 2. §. 43. ff. de Orig.  
 iur.* quando ait: *Turpe est Patricio & causas oranti ius, in quo  
 versatur, ignorare.* Ne igitur hanc turpitudinis notam,  
 mihi speciem aliquod inaugurale edenti, quispiam in-  
 ureret, de materia in patriae legibus proposita dislere-  
 re constitui. Incidi, nescio quo fato, in materiam de  
 Juribus Viduarum Nobilium eius, in qua natus edu-  
 catusque sum, provinciae. Eam iam ante aliquot an-  
nos

nos publico specimine illustrare, voluit DN. DE LAVT-  
zow, vt constat ex praefamine Diff. de *Virgine Nobili Meck-  
lenburgica*, mutavit consilium, deseruitque suum propo-  
situm. Ego, quod felix faustumque sit, illud reassumam.  
Quae hunc in finem ex genuinis fontibus à me conge-  
sta sunt, jubent hoc specimen bipartitum facere. Ac-  
cipe itaque L. B. priorem hanc nostram opellam, de  
*Vidua Nobili Mecklenburgica*, eiusue primo lucro scil. *portio-  
ne statutaria*; & posteriorem sectionem, alia occasione,  
expecta. Ero in solvendo hoc promisso eo facilior,  
quo benigniora tua L. B. de prima hac opellæ meae  
particula erunt iudicia. Quae minus accurate dicta sunt,  
corrige; quae omissa sunt, adde. Errare enim huma-  
num esse, quotidiana satis comprobant exempla. Nec  
indecorum esse secus scripta retractare, persuasissimum  
mihi habeo. Dies diem docet, & quæ vel ad emendan-  
dam vel ad supplendam hanc materiam mihi obuenire  
possunt, non deero in futurum, accuratori forsàn lima  
in repetita prælectione communicare. Vtere interim hoc  
qualiquali specimine, si eo quid, quod usibus tuis in-  
fervire potest, inest. Offero iam, quæ habita tempo-  
ris aliarumue circumstantiarum ratione, de hac mate-  
ria differere volui.

S. I.

**V**idua quasi *idua* hoc est à viro divisa, non solum  
ob muliebris sexus imbecillitatem, sed &  
quod morte mariti omni auxilio & consilio de-  
stitutæ, hominumque iniuriis sine defensore quasi libe-  
re

re expositae, omni profecto iuris favore, privilegio & commodis dignissimae iudicandae atque habendae sunt. Agnoverunt hoc iam sua aetate Romani iuris antistites & proinde tot iuribus atque privilegiis Viduis voluerunt prospicere, quibus, ne quid deficeret, adhuc alia ex suo cerebro addiderunt Iuris nostri Interpretes. Inter singularia ipsorum beneficia commemorandum est. Quod 1) filia, vidua facta, non amplius recidat in patriam ap. Romanos, quæ satis rigida erat, potestatem, per *L. 12. de adopt. L. 6. C. de sent. pass.*; Quod 2) retineat non solum nomen & familiam, sed & Domicilium, forum, *L. 7. de iudic. L. 11. C. de incolis* ac dignitatem, conditionem honoresque mariti, *L. 8. ff. de Senat. L. 13. C. de dignit. L. 6. de Profess. & Med.* Praeterea 3) in solatium liberorum amissorum ipsis indultum est adoptare filios *L. 5. de Adopt. L. 29. §. 3. ff. de inoff. test.* Defertur illis 4) volentibus liberorum tutela. *Nov. 118. c. 5. auth. matri & aviae C. quando mulier. tut. offic. fung. potest.* Utuntur 5) si velint singulari privilegio ratione citationis & appellationis, a CONSTANTINO ipsis concessio, in *L. Vnic. C. quand. Imp. inter pupill. &c.* Habent 6) dotem repetendi ius *L. univ. §. 7. C. de R. V. A.* Ac in repetitione cunctis creditoribus anterioribus praeferuntur. *L. 12. Qui pot. in pign. L. 30. C. de iure dotium.* Competit illis 7) in bonis paraphernalibus & 8) in donatione nuptiali siue propter nuptias tacita hypotheca. *L. 12. §. 2. C. qui pot. in pign. N. 97. c. 3.* Et quae denique alia viduarum privilegia sunt, quae 9) in successione vid. *L. un. C. unde Vir ux. Auth. Praeterea C. unde vir & vxor.* aliisue Juris articulis sese produnt exeruntque.

§. II.

§. II.

Abeunt ab hoc erga sequiorem sexum favore & cultu maiores nostri, veteris Germaniae populi, apud quos non adeo favorabilis prouti apud Romanos, antiquissimis temporibus, fuit & habita est foeminarum vel Viduarum conditio, teste LEYSERO *in Meditat. ad ff. Specim. XIII. Tb. 3.* Et enim filiae in Capillis lege Alemannorum & Bauuariorum exstante filio, paternae & maternae hereditatis exsortes erant, & Angliorum lex & Werinorum *Tit. VI. §. 1.* praecipit, *ut hereditatem defuncti filius, non filia, suscipiat.* Immo in hac lege filia ex materna hereditate ne mancipia quidem & pecuniam, nedum fundos, cum fratre dividere, sed contenta esse iubetur *spoliis colli, idest, murenis, nuscis, monilibus, inauribus, vestibus, armillis vel quidquid mater ornamenti proprii videretur habuisse.* Ac Germanos omnes indistincte olim filiarum successiones ignorasse, fusius ostendit ab EYBEN in *Elect. Feud. Corol. 2. & 3. post. Cap. 6.* Conf. GAERTNER *de Distinct. inter dotem & paraphern.* §. 5. p. 13.

§. III.

Necesse hinc fuit, ut maritus vxori superstiti, soluto, per mortem mariti, matrimonio, de bonis quibusdam prospiceret, quo victum & alimenta eo melius consequi, honoremque pristini coniugii feliciter tueri possit. Bona enim quibus maritus vxorem emebat, quaeque a parentibus vel fratribus interdum dabantur filiae & sorori, non semper sufficiebant ad vitam ex dignitate praedefuncti mariti sustentandam. Germanorum proinde probitati, integritati, adque virtuti merito

rito tribuendum est, quando in successione bonorum mariti coniugis rationem esse habendam, existimant. Id quod triplici ratione fiebat, primum ut certis casibus ad hereditatem totam vocarentur; deinde ut iure communionis, quae inter coniuges intercedebat, partem communis adhaerens, finita illa communiōe, sortirentur; denique ut certam coniuges superstitēs caperent portionem statutariam vid. HEINECCIUS in *Element. Juris Germ. Lib. II. §. 262.*

§. IV.

Hinc inde factum esse reor, ut passim in Germania, Viduis, prae mortuo marito, de certis quibusdam bonis necessario a marito ipsis relinquendis, prospicere voluerint prouinciarum statuta. Aft prouti Llatorum in sexum sequiorem fuit fauor, vel etiam mores consuetudinesque prouinciae id admiserunt, ita etiam aliis atque aliis Viduis consuluerunt, commodis atque praerogativis. Hinc varia atque diuersa Germanorum circa hoc lucrum Viduarum orta sunt iura, quae omnia in numeros suos reducere, praesentis instituti ratio non permittit. Habita etiam, uti par est, fuit ratio personarum quatenus vel nobiles vel ignobiles, hisque & illis non semper paria sed diuersa iura & Commoda concessa sunt. Linquo in praesens quae de lucris statutaris Coniugum ordinis civici dici ac dari possunt, & de iis saltem, quae lex suavissimae meae patriae domestica Viduis Nobilium ex praedefuncti mariti bonis tribuit commoda, sollicitus ero.

§. V.

§. V.

Quae itaque Vidua Nobilis in Megapoli, ex huius provinciae legibus, lucratur, est dimidia, omnium bonorum mobilium, pars, quae in bonis mariti post eius mortem esse deprehenduntur. Ita enim satis clare in Ordinatione nostra Prouinciali Politica Tit. Von Erbschafften disponitur, vbi verba ita fiunt: Gleichgerstalt ordnen wir: Wann eine Wittfrau vom Adel aus ihres verstorbenen Mannes Gütern ausgesteuert und abgewiesen wird/ daß sie von aller gedachter ihres Mannes fahrende Haab und Vieh/ Korn/ Bert-Gewand/ und allen andern Eigenthum/ wie das genennet werden mag die Helfste nehmen und bekommen soll. Jedoch die Baarschafft ausgeschlossen/ welche bey des Mannes Lehn-Folgern bleiben soll. Huic dimidiae bonorum parti praxis Megapolitana superaddidit. Die Trauer-Kleidung für sich und ihren Domestiquen, und fast durchgehends/ iedoch nach Beschaffenheit und Condition der von ihren Ehe-Mann hinterlassenen Güter/ und dessen Dignitet, eine Trauer-Kutsche nebst Pferden. Es pfleget auch wohl in der Ehestiftung/ bevorab wann Kinder nachbleiben eine freye Wohnung/ nebst nöthigen Feuer-Holz Ihr vermacht werden/ welches letztere aber Sie nicht anders/ denn nur ex pacto praetendiren können/ teste TORNOVIO de Feudis Mecklenburgicis. Part. I. Cap. III. Sect. 1. §. 40. Adde si placet HENRICI HYSANI patriae quondam Cancellarii dignissimi Jus Feudale Mecklenburgicum Cap. XXV. à Dn. D. GERDESIO in der Sammlung Mecklenburgischer Schriften und Urkunden Collect. 1. non ita pridem editum, vt & das Proiect des Meckl. Lehn-Rechts Cap. XII. Art. XVIII. quod apud TORNOVIUM prostat.

§. VI.

§. VI.

Originem hujus dimidiae bonorum mobilium mariti praedefuncti quam percipit Vidua Nobilis, quod spectat, non puto me à via Regia aberrare, si eam vel à Saxonibus repetiisse, vel ex inveterata consuetudine recepisse Nostrates, crediderim. Licet non dissimulem me in posteriorem potius, quam in priorem inclinare sententiam. Argumenta quae pro vtraque opinione militare possunt, alia occasione recenseam atque expendam. Nunc sufficiat scire hanc legem Ordinationis nostrae de dimidia bonorum mariti, Viduae Nobili necessario ex mobilibus relinquenda, adhuc hodie in vsu esse, praxique quotidiana frequentari.

§. VII.

Percipiunt vero ex Ordinatione Polit. in §. praeced. adducta hoc lucrum statutarium Viduae Nobiles in Megapoli, quatenus non aliter pactis Ante-Nuptialibus conventum, contrahentiumque conditio iis aut melior aut deterior facta fuerit. Siquidem provisio hominis tollit provisionem legis *L. f. C. de pact. convent.* nec vlli coniugum suo iuri renunciare interdictum legitur. *L. pen. C. de pact.* In quantum ergo sibimet ipsis pacto ante nuptiali legem scripserunt Coniuges, eatenus ea lege stare, atque iis in hoc pacto contentis, siue augeatur siue minuatur hac ratione lucrum ex statuto debitum, simpliciter tenentur acquiescere. vid. *MEVIVS ad Jus Lub. P. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 363.* Nec pacta relinquere atque ad statutariam portionem confugere permissum est. Partim quoniam pacta dotalia circa successionem

nem custodienda veniunt CARPZOV *Const.* 22. P. 3. BER-  
LICH. P. III. *Concl.* 27. n. 28. STRYK. de *success. ab intest.* Diff. 8.  
cap. 5. §. 27. partim quia alias talia pacta superuacanea  
& futilia forent, relicto paciscentibus servandi arbitrio.  
L. 7. ff. de *Contr. Empt.* L. 8. ff. de *Obl. & Act.* MEVIUS P. 5.  
D. 3. n. 19. cum tamen nemo praesumatur facere velle  
actum frustraneum L. 1. ff. ad *Municip.* L. un. C. de *Thesaur.*  
PECK de *Testam. Coniug.* L. 1. c. 32. n. 5. Et hinc superstes  
prorsus non audiendus est, rescissionem pact. dotal. ex  
capite laesionis ultra dimidium petens, ob incertum  
mortis & futurae ac incertae adhuc successionis even-  
tum, cum superstes etiam ante defunctum vita exire  
potuisset. RICHTER *Vol.* 2. *Conf.* 36. COTHMANN *Vol.* 3.  
*Conf.* 28. n. 48. Conspirant hac in re patriae meae Consti-  
tutiones ap. HVSA NYM. Prout indicant verba. HV-  
SANI M. L. X. Cap. XXV. §. Jedoch mit nachfolgender Maas  
und Bescheidenheit/ daß vor allen Dingen auf die Ehestiftungs-  
Brieffe ob einige verhanden/ gesehen wird & clarius ostendit  
das projectirte M. L. X. Tit. XII. Art. 2.: Wann wie es  
auff des Mannes tödtlichen Abgang zu halten/ gewisse und rechts-  
mäßige Pacta und Vereinigungen/ in den Ehestiftungs-Brieffe  
auffgerichtet/ so seyn des Mannes Land- Erben/ dieselbigen zu  
halten/ und die Frauen nach Einhalt der gemachten Vereinig-  
ung abzufinden schuldig.

§. VIII.

Vtrum vero hoc statutarium lucrum Viduis No-  
bilitium per testamentum minui, vel prorsus auferri  
possit? pariter hic in quaestionem venire potest. Con-  
tinent testamenta vnus solum coniugis voluntatem  
ac dispositionem, & hinc alter alteri inuito, in iure suo,

non ex hominis prouisione, sed legis dispositione competente, praeiudicare nequit, licet decies millies contrarium moriens uellet, ut loquitur Imperator. *Novell. XXII. Cap. 23. conf. COTHMANNVS. Vol. 1. Conf. LXXIV. Vol. II. C. LXXVII. n. 169.* Nemo enim in suo testamento cavere potest, ut leges non valeant. *L. 55. ff. de Leg. 1. & quod certa lege radicum & necessarium est, id non potest per hominem auferri. L. 22. §. 1. ff. de Adopt. BERLICHIVS, P. IV. Concl. XXVI. n. 24. & P. IV. C. IX. n. 4.* ubi plures Doctores longa serie citat. Consequitur hinc, quum in Megapoli per Ordinationem Politicam Viduae Nobili certa portio ex bonis praedefuncti mariti adsignata sit, eam Vasallo Megapolitano non competere facultatem, ut huius legis dispositionem, ultima sua voluntate infringat Viduaeque, suam ex Constitut. Prouinciali debitam portionem, vel auferat vel minuat testamento. Lucrum nimirum statuto debitum, instar aeris alieni à legibus constitutum est, quod, factò etiam testamento, ante omnia ex bonis defuncti detrahendum, per *L. 39. §. 1. ff. de V. S. & L. 72. pr. ff. de Jur. dot.* Adcedit porro illud, quod ex praescripto legis debetur, eo loco, ac si in bonis defuncti non amplius sit nec eius dispositioni subiectum, haberi & ut res aliena considerari, de quibus omnis dispositio adempta, uana & inutilis est *L. 210. ff. de V. S.* Adcedit ea, quae coniux superstes vigore statuti lucratur ipso iure ei deberi, & de patrimonio ipsius, non autem de hereditate defuncti dici, & sic pro rebus alienis haberi, iam uero de re aliena nemo quidquam disponere ualet. *L. 210. ff. de V. S.*

§. IX.

Verum haec dicta, quod licitum non sit coniugi testando praeiudicium inferre portioni statutariae, in casibus quibusdam limitationem quandoque admittunt. Pertinet huc 1<sup>mo</sup>) si nimirum ipsum statutum expresse hanc facultatem indulget coniugibus, vt libere per ultimam suam voluntatem vel adimere vel minuire port. statutariam possint SCHNEIDEWIN ad *J. tit. de hered. ab intest. def. n. 18.* 2<sup>do</sup>) Si caussa existat ob quam superstes coniux lucro statutorio priuanda sit CARPZOV. *P. III. Conf. VII. D. 9.* quando scil. coniux coniugem maritaliose deserit, tunc enim non tam coniux deserta per testamentum, sed lex potius illam port. stat. priuare censetur. Et 3<sup>io</sup>) quando in pactis dotalibus Coniux sibi liberam facultatem testandi in praeiudicium portionis statutariae reseruauerit. MEVIVS ad *Jus Lub. P. II. Tit. 1. Art. 8. n. 53.* BERLICH *P. 3. Concl. 9. n. 28.* Nec non 4<sup>to</sup>) si coniux superstes defuncti hereditatem adeat, nam tunc factum eius ratum habere esset obligata arg. *L. 14. C. de R. V. quum heres teneatur praestare factum defuncti. L. 149. ff. de R. J. Ac 5<sup>to</sup>)* si Vidua iuri pro se introducto sponte ex praecedente certioratione renunciens voluntati coniugis testantis consentiat vid. COLERVS *P. I. Dec. XII. n. 22.* BERLICHIVS *P. III. Concl. IX. n. 29.* CARPZOVIVS *P. III. C. VII. D. IV. & MEVIVS ad Jus Lubec. P. II. Tit. 2. Art. 1. n. 55.* Cuilibet enim integrum est fauori pro se introducto renunciare & iure suo in lucro in primis acquirendo, non vti *L. 29. C. de Pact.* Vel etiam 6<sup>to</sup>) si in eadem scriptura coniuges testamentum coniderint, & se inuicem portione statutaria priuauerint.

uerint. CARPZOV P. III. C. VII. Diff. 14. n. 6. BERLICH P. III. Concl. IX. n. 33. Tandem 7<sup>mo</sup>) nonnulli volunt coniugem portioni statut. testando praeiudicium inferre posse, si coniux coniugi licentiam testandi dederit. Verum hoc non obstante port. stat. adhuc petere potest. Renunciationes enim sunt stricti iuris, quae plus inferre non solent, quam verba expressa continent. L. 99. ff. de V. O. Ac nemo in dubio iuri suo renunciassē censetur, ergo nec coniux, dum coniugem testari passus est. Neque enim is, qui generaliter, vt testamentum fiat, consentit, in omnia eius capita consentit. Consentit quippe saluo iure suo L. 35. §. 2. C. de inoff. testat. conf. LEYSERVS in Med. ad D. Specim. CCCCXXV. Ib. VIII.

§. X.

Quod de testamento superius assertum est, velim etiam ad legata extendas, ita, vt coniugi haud licitum sit portionem statutariam per legata minuere, CARPZOVIVS P. III. Conf. 7. Def. 2. BRVNNEMANNVS ad L. vn. ff. unde vir & uxor MEVIUS ad Jus Lub. P. II. Tit. 1. Art. 8. n. 47. Refertur enim port. stat. ad aes defuncti alienum hincque ante deductionem legatorum coniugi tradi debet, quum legata aere alieno demum detracto ex soluantur L. 1. §. 28. ff. ad Stt. Trebell. CARPZOV, P. III, Conf. 20. Def. 29. n. 4. Pariter interdictum est coniugibus, portionem statutariam fideicommissō grauare BRVNNEMANN in Exerc. ad J. Ex. 14. Tit. 23. §. 16. n. 2. PISTOR. Obs. 115. BERLICHVS P. III. Concl. 9. n. 25. Quum enim hanc portionem, non beneficio coniugis testantis, sed ex legis beneficio coniux superstes consequitur. L. 22. §. 1. ff. de Adopt. L. 8. §. 15. ff. de inoff. testam. ideo debitum necessarium est, quod si quis accipit, non dicitur honorari, qui vero non est honoratus, ille nec Fideicommissō onerandus est. L. 9. C.

*de Fideicommiss.* Neque per Donationem inter viuos aut alium contractum vel etiam per taxationem vel aestimationem bonorum suorum viliorem Vxori praejudicare valet Maritus, ita vt si per conuentionem initam vel diuisionem vltra dimidium in portione sua laesa fuerit illi contrauenire possit *CARPZOV P. 3. c. 7. Decis. 5. 10. § u.*

§. XI.

Quod igitur mortis causa, ob publicae rei commodum, interdictum est, illud etiam inter viuos plane non permiffum esse, iuste omnino inferre atque concludere licebit. Atque hinc, cum prouisionem suam ratione statuti. portionis non permiserunt Llatores ultimis testamenti tabulis illudere; quod illud facta inter viuos dispositione indulgere voluerint, probatu certe difficile imo impossibile erit. vid. *WESENB. L. 4. Conf. 1. n. 36. ROLAND à VALLE de Lucro dot. qv. 82. n. 12. MEVIUS ad Jus Lub. P. 2. Tit. 2. Art. 12. n. 362. CARPZOV. de Jur. Fæmin. Dec. 6. post. 9. n. 18.* Potius, quia maiorem disponendi licentiam ultimae voluntati, quam inter viuos, concesserunt leges, probabile admodum exinde est, quod multo minus id inter viuos permittere voluerint, quod in ultima voluntate fieri interdixerunt. Nec indulgent leges, vt ad id, quod vna via alicui interdictum per aliam viam liber & innocuus pateat aditus *per Cap. 39. X. de Jur. in 600.* Qua propter ubi in fraudem alterius coniugis ab altera parte dolose res, ad bona pertinentes, vel alienatae vel donatae fuerunt, modo dolosa alienatio probari possit, hocce factum nullum in legibus nostris inuenire posse praesidium, lubentissime largior.

§. XII.

Aliter vero se res habet, vbi vel ob necessitatem vel etiam in vtilitatem rei communis, partim res alienata

nata, partim aes alienum contractum fit. In eo casu, non modo alienatio valida sed & constante matrimonio vel ante matrim. contractum aes alienum ex bonis debitum contrahentis exsoluendum erit. Quare etiam non prius quam soluto debito, portio statutaria peti aut exigi potest. Equidem Jure nostro, quo viuimus in Megapoli, non expresse dispositum inueni, quod debita prius exsolui debeant, quam ad obtinendam port. statutariam actio institui valeat. Cum tamen iure communi ratione haereditatis talis dispositio obtinet, ob rationis & aequitatem & paritatem etiam in Megapoli admittendam esse, ne prius, quam deducto ante aere alieno, lucretur suam portionem Vidua, censeo: Indigna praeterea res est viduam lucrari, quam mariti famam fidemque ex bonis suis liberatam velle. Plura de hoc argumento, qui desiderat, consulat quaeso Constitutiones Megapolitanas vott Schuld : Sachen de Anno MDCXLIV. d. VI. Febr. MDCXLVI. d. XXIX. Jun. & MDCLV. d. XXV. Jun. nec non den Assécurations-Revers. de Anno MDCXXI. d. XXIII. Febr. §. 20-31. ac Ordinationem Dicafterii Prouincialem *Tit. XLV.*

§. XIII.

Modus qui in detrahendo aere alieno necessario seruandus venit, hunc suppeditant legum periti vt solemni inuentario aut specificatione iurata, vniuersi patrimonii quantitas, adiecta debitorum consignatione, legitime determinetur. Quo facto, debitorum qualitas secundum ius feudale commune probe inspicienda perpendaque erit, cum alia sit debitorum feudi, alia vero

ro

ro debitorum Vasalli ratio. Quae quidem distinctio, etiam si Jure Communi feudali fundata reperitur, tamen utrum etiam ad feuda nostra Megapolensia applicari queat, nunc paulo accuratius dispiciendum erit. Sunt vero debita feudi die Lehn-Schulden ea ad quae vasalli successor plenarie obligatur, ita ut ipsum feudum iis sit subiectum, & quemlibet feudi successorem vel possessorem sequantur. conf. TITIVS in seinem teutschen Lehn-Recht C. XVIII, 2. CARPZOVIVS de Oneribus feudi Dec. 2. Ad debita vero vasalli die Erb-Schulden heredes tantum allodiales obligantur, nec ad Dominum neque ad successorem vasalli in feudo transeunt CARPZOV. Lib. IV. R. 64. COCCEJVS in Hypom. 7. Feud. Tit. 12. §. 5. STRUV. in S. J. F. Cap. XIV. Aph. 1. TITIVS proinde cit. loc. C. XVIII. §. 18. debita vasalli, ait, sind solche Schulden welche ohne Ansehen des Lehns gemacht/ auch nicht von einem jeden Besitzer aus demselben bezahlet werden. Ast vsus huius distinctionis practicus praeprimis in Feudo ex pacto & providentia maiorum obtinet, sibi que locum vindicat; minime vero gentium, ad hereditarium Feudum adplicari potest aut quadrat; utpote ex quo omnia ac singula debita a successoribus luenda sunt, sive mere hereditaria sive simpliciter talia sive etiam mixta ea nominare ames; id quod pluribus excussit CARL a KIRCHBERG in D. de Feudo ex pacto & provident. & COCCEJVS in D. de Feudo hereditario mixto.

§. XIV.

Videamus iam utrum haec distinctio in Megapolisum usum aliquem inueniat nec ne? Si consideremus omnia Megapolensium feuda esse hereditaria mixta, quae ratione

tione modi succedendi, allodiam obferuant modum, vti huius assertionis testes & defensores funt tum COTHMANNVS *Vol. I. Resp. LXXV.* tum TORNOVIUS *Cap. II. Sect. II. §. 7. 8.* tum etiam qui clarius hoc euictum probatumque dedit Dn. ENGELBRECHT *de singul. Feud. Meckl. iuribus, Sect. 2. §. 6. p. 30.* sponte sua quasi fluit atque consequitur omnia debita, siue vasalli siue feudi, siue necessaria siue voluntaria, siue cum domini consensu, siue sine illo contracta, ex feudo ab ipso debitore & omni eius successore in feudum indistincte praestanda soluendaque esse, etiam si saltem fuerint nuda & chirographaria. Qualem igitur usum apud nos in Megapoli habebit haec a Doctoribus commemorata Distinctio. Dicam: plane nullum. Rectius forsitan aliqualem sibi vindicare poterit usum, alia Dd. divisio, qua debita in principaliter & minus principaliter, seu subsidiarie tantum ex feudo soluenda distinguunt. Illorum enim nomine ipse feudi legitimus possessor statim potest conueniri, nec locus est excussionis exceptioni & beneficio quoad heredes allodiales; quod tamen ratione minus principaliter seu subsidiarie ex feudo soluendorum debitorum omnino obstat. Caueas tamen, ne debitum principaliter ex feudo soluendum, confundas cum eo, quod primario seu ante aliud debitum feudale ex Feudo est soluendum, neque opineris omne debitum ex feudo principaliter soluendum, eo ipso etiam praefendum esse, omni debito subsidiarie tantum praestando. Saepius enim fauor causae, aut alia quaedam ratio efficit, vt in concursu creditorum debitum subsidiarium ante principale collocari, immo debito con-

sen-

sensuato praeferrri debeat, ceu patet ex debito ecclesia-  
 stico secundum Constitutionem Serenissimi Ducis  
 ADOLPHI FRIDERICI d. VI. Febr. anni MDCXLIV.  
 Non enim eo sensu nomen suum acceperunt debita  
 ex feudo vel principaliter vel subsidiarie soluenda ac  
 si in processu omnibus debitis ex feudo praestandis illa  
 praeferrenda & haec semper postponenda sint, sed quod  
 in utroque diuersus & dissimilis tam agendi quam sol-  
 uendi ordo obseruari solet, ita, vt priora statim nondum  
 excusso prius allodio, posteriora vero semper excusso  
 prius allodio exsoluenda praestandaque veniant. Plu-  
 ra de singulis debitorum speciebus, suo loco & ordine  
 soluendis suppeditat *TORNQVIVS cit. loc. C. 4. Sect. 3.*

§. XV.

Sed è diuerticulo in viam. Soluto, ut §. XII. dixi,  
 prius ære alieno, quae tum supersunt bona mobilia,  
 praedefuncti mariti haeredes, & Vidua in aequas par-  
 tes diuidunt. Siquidem Viduae nostrae tribuit Ordina-  
 tio Politica supra alleg. loc. die *Helffte aller fahrenden  
 Haabe*. Per fahrende Haabe intelligunt Dd. communiter  
 ea bona, quae sua natura de loco ad locum moueri pos-  
 sunt *HEESER. de Acquis. Coniug. P. 2. Loc. Commun. 17. n. 16.  
 p. 263.* eaque opponunt *denen stehenden vel siegenden*, quibus  
 res immobiles denotant, hacque ratione tota substan-  
 tia, seu patrimonium in has duas partes, ex communi  
 germanorum vsu, diuiditur, teste *SCHILTERO in Praxi  
 J. R. Exc. IV. §. 21. KNIPSCHILD. de fideicom. famil. nob. Cap. 5.  
 n. 95. COTHMANN. Vol. 4. Resp. 48. n. 38. & 39.* Quas vero res  
 specificè die fahrende Haab comprehendat, de eo ante o-  
 mnia communis loquendi vsus cuiusvis loci inspicien-  
 dus

dus & attendendus erit. Quandoquē enim suppel-  
 lilia tantum sub hac voce comprehenduntur, teste GI-  
 URBA *ad Consuetud. Messan. Cap. 12. gl. 5. n. 2.* aliquando vero  
 accipitur Haus/ Rath/ Silber/ Geschir/ und Feder/ Gewandt/  
 für stegenden Gründen/ und hin wiederumb Gülten/ so sie in  
 gebrochener Handt/ sondern Gesehrd/ abgelöst worden/ für fah-  
 rend Haab/ uti videre est ap. MARC. OTTONEM *in Consil.*  
*Argentorat. Resp. 169. pag. 1216.* Apud nos Ordinatione no-  
 stra Politica satis clare dispositum invenimus, quae sub  
 hac voce intelligi debent res.

§. XVII

Inter res quas Ordinatio nostra sub voce fahrende  
 Haabe comprehendit, de quibus dimidiam partem Vi-  
 duis Nobilibus tribuit, primo loco refert das Dieh.  
 Quod nomen, uti omnibus in propatulo, generale est  
 & suas sub se comprehendit species. Quas vero ex  
 mente Ordinatio nostrae contineat hoc generale voca-  
 bulum, omnium optime explicat HYSANVS *im Meck-*  
*lenb. Lehn-Recht Cap. 25.* quando ait: Ochsen/ Kühe/ Bau-  
 Pferde/ wilde Fohlen/ Schaaffe/ Schweine/ Gänse/ Entden/  
 Hüner *ic. ic.* Quibus canes venat, & similia forsā adde-  
 re possumus. Verum utrumne nomen Dieh in sensu  
 strictiori, quatenus saltem animalia terrestria videtur  
 significare, sumendum sit, an vero in laxiori significa-  
 tione, qua omnia animalia viventia comprehendit,  
 subdubitari potest. Quam quidem quaestionem ego in  
 praesens non excuriam, interim tamen crederem, quod  
 ferae vivariis inclusae & pisces in stagno vel piscina cu-  
 stodiae causa retenti etiam hic in censum venire debe-  
 ant vid. HEESER *de Acqv. Conjugali P. 2. Loc. Commun. 17.*

n. 75. pag. 772. non vero pisces lacui injecti vt multiplicentur die Leich:Karpffen / Hecht und dergleichen / so man in Seen und Weibern zum Leich aufhält. De hisce rebus quæ mobilium classem pro parte constituunt per L. 2. C. de V. S. conf. COLER. Dec. 286. n. 31. BERLICH. P. 3. Concl. 30. n. 18. CARPZOV. in Jurispr. Forensf. Part. 3. Conf. 25. Def. 11., MEV. P. 6. Dec. 267. debetur ex Ordinatione nostra supra memorata Viduis dimidia pars, licet fundi instruendi causa à prædefuncto Marito comparata sint, COLER Decisf. 286. n. 35. & KNIPSCHILD de Fideicomissf. Famil. Nobil. Cap. 5. n. 100.

§. XVII.

Secundo loco recensentur inter res, de quibus dimidia pars Viduis debetur, *frumentum*, das Korn / sub qua voce omnes fructus, quocunque etiam veniant nomine, comprehenduntur. Hos collectos vel a solo separatos vigore Ord. Pol. Vidua sine vlllo dubio pro dimidia parte sibi vindicabit, siue illi sint industriales siue etiam naturales COLER Decisf. 286. n. 99. Quoad pendentes vero, tempus, quo maritus decessit erit attendendum, & quidem jure feudali communi, si vassallus mortuus sit intra Calendâs Martii ante Calendâs Septembris, fructus qui interim percipiuntur, ad heredes allodiales spectant, 2. F. 28. COLER de Processf. Exec. Part. II. C. 3. n. 308. TORNOV. Qu. XIX. p. 308. Mores vero Megapol, dispositionem hanc ad climam Italia adtemperatam, non admittunt; sed ad culturam & laborem a defuncto impensum atque absolutum respiciunt & ius percipiendi fructus ex agro vivente vassallo culto & rastro subacto heredibus allodialibus con-

cedunt, vti fatetur Dn. de LAUTZOW in *Diff. de iure vir-  
ginum nobil. Megapol. in feudis Cap. III. §. 13.* quando inquit;  
posterius ( si scil. fructus rastro subacti ) etiam in hoc Dusa-  
tu. observatur, ratio absque dubio consistit in cultura & cura,  
quam cum defunctus impenderit, merito heredibus eius cedit,  
was die Egde bestrichen hat. Adde LINDEMANNI *Ex  
Feud. Cap. VII. §. 10.* Ex quibus consequitur, vt pro iam  
adducta ratione temporis, si ad heredes allodiales fru-  
ctus transeant, tunc & Vidua dimidiam ex statuto de-  
bitam de illis capiat. His dictis maximopere subueni-  
unt verba, des *projectirten M. L. N. Tit. XII. Art. XIX.*  
Es gebühret der Frauen die Helffte aller fahrenden Haabe zc. zc.  
und Korn so eingeerdnet / oder bey des Mannes Leben in die  
Erde gebracht / und mit der Egden bestrichen. Fructus enim  
pendentes merito rebus mobilibus adnumerantur, ceu  
recte notauit THOMASIVS in *not. ad Instit. p. 143.* ac erudi-  
te probauit HERTIVS *Opusc. Vol. 1. P. 3. p. 543.*

§. XVIII.

Denique iuxta Ord. nostram Viduis Nobilibus quo-  
que debetur dimidia des Bett. Gewandts und allen andern  
Eigenthums. Lecti sine vlllo dubio ad mobilium speci-  
em adcedunt conf. RICHTER *de S. A. J. Sect. 4. membr. 2.  
n. 13.* CARPZOV. *J. P. F. P. 3. Conf. 24. D. 10. n. 5.* hincque  
Vidua merito illorum dimidiam partem sibi vindicat.

Per verba vero: allen andern Eigenthum intelligun-  
tur omnes reliquæ res mobiles, quas maritus durante  
matrimonio acquisiuit. Harum non nullas specificè  
enumerat HVSANVS in *M. L. N. Cap. XXV.* veluti: die  
Helffte an Wollen und Leinwand / auch die Helffte alles geschlas-  
senen durch sie und ihrem Manne in stehender Ehe mit einander  
der

der gezugten silbers und goldes. Addi his possunt tapetes, picturæ & imagines, retia venatoria & piscatoria, instrumenta rustica vel agriculturæ., Pflüge / Wagen / Leitern / alvearia apum, naves, angeschaffte Bau-Materialien an Klötzen / Brettern u. u. ligna cæsa, carbones domi reperti, arbores turbine deiecti, molendina curris imposita, & sic porro, vid. *Conf. Argent. II. Vol. 2. n. 31. & KNIPSCHILD cit. loc. Cap. 5. n. 45. & 69. HEESER cit. loc. P. 2. Loc. 17. n. 3. p. 777.*

§. XIX.

Sed hæc de rebus, quarum dimidia pars ex tenore Ord. nostræ Pol. ad Viduam Nobilem spectat, sufficiant. Videndum nunc a quarum rerum dimidia per Confit nostram exclusæ sunt. Dicitur equidem in modo nominata Ord. jedoch die Baarschafft aus geschlossen / welche bey des Mannes Lehen-Folgern bleiben soll; ast quisnam genuinus horum verborum sensus sit, de eo non conveniunt inter se eruditi. Siquidem primo loco quaeri solet, vtrum hæc verba etiam nomina actiua sub se comprehendant, deque iis dimidiam suam capere Viduis Nobilium interdictum sit? Argumenta quæ pro negatiua sententia facere possunt, nimirum, quod vocabulum Baarschafft / non comprehendat nomina actiua, adeoque a port. stat. non exemta sint, sequentia erunt. Primo enim ipsa natiua vocis Baarschafft significatio hoc innuere videtur, quæ sua natura non aliam rem quam numeratam indigitat pecuniam, vti fusius demonstratum dederunt. FINCKELTHAUS in *Observat. Pract. Obs. XX. per tot. BRUCKMANN Vol. 1. Conf. 1. n. 150.* alii- que. Vox enim Baar idem est, quod paratus, prom-

tus, & vox baar Geld pecuniam praesentem vel numeratam significat, ceu patet ex iis, quae habet FINCKELTHAUS *cit. loc. n. 15.* Quare vox Baarschafft haud dubie idem innuere videtur, ac si in Ordinatione positum fuisset, das Geld so baar verhanden / quae parata praesens & numerata est. Deinde 2do) si nomina sub voce Baarschafft comprehendere voluissent huius Ordinat Conditores haud dubie mentem suam clarius exposuissent, declarassent. Quod dum non fecerunt, admodum probabile videtur, quod nomina actiua exclusa voluerint. Nec tantam nobis sumere possumus licentiam, ut a verborum proprietate recedere & praeter necessitatem improprium significatum admittere queamus. Praeprimis cum extensiuam Ordinat nostrae interpretatio in hac materia, ad casus in statutis ac legibus prouincialibus non expressis nequam sibi locum vindicare possit SIXTIVS *Vol. II. Conf. Marp. 21. & CARPZOV. Decis. 12. & 13.* Denique 3tio) ipsa Ord. verba hoc loqui videntur, unde & TORNOVIUS *cit. loc.* fatetur verba supra adducta Ord. nostrae ita accipienda esse, ac si Legislator dixisset: Nichtes als die Baarschafft ausgeschlossen. Si itaque nihil praeter pecuniam numeratam exemptam voluerunt Legislatores, quomodo adhuc nomina actiua excludere permissum erit. Verum enim vero rationes quas TORNOVIUS pro stabilienda adfirmatiua sententia in medium produxit, non prorsus reiicienda sunt. Nam etiamsi non expresse nomina actiua in Ord. nostra sint excepta, interim tamen, quum ne pecuniam numeratam quidem in diuisionem venire voluerunt, hinc probabile admodum est, quod neque nomina actiua,

ua, quae instar pecuniae numeratae se habent, exclusae voluerint. Praeterea nomina actiua sumuntur vel de iis debitis, quae alias bestigite Capitalia adpellare solemus, vel etiam quae nomine dixer Buch-Schulden passim occurrunt. Priora, vti notissimum est, a DD. ad bona immobilia referuntur, adeoque quum de hisce bonis nihil Viduae competat, sequitur quod nec de debitis his quidquam praetendere possit. Quod vero posteriora spectat debita, putarem ab ipsorum dimidia Viduam ex tenore Ord. non prorsus excludendam esse. Etiam si lubentissime concedo praxi & obseruantiae hoc in passu esse cedendum. Atque, hac ratione sententia TORNOVII limitanda mihi videtur.

§. XX.

Porro circa verba §. anteced. adducta dubium occurrit: vtrum scil. pecunia parata cedere debeat, des Mannes Lehns-Folgern/ an vero denen Land-Erben. In textu Ord. nostrae expresse dicitur, denen Lehns-Folgern/ nec desunt argumenta, quae pro firmanda stabiliendaque, hac sententia adduci possunt. Primo enim clara legis verba adsunt, a quorum tenore haud facile est recedendum. Deinde 2do) patrocinantur huic sententiae quarundam prouinciarum Germaniae statuta. Sic enim de Marchia testatur BRUCKMANN *Vol. I. Conf. so. n. 517.* quando ait: Nemo qui vnquam in nostro foro versatus est inficiabitur, quod pecunia redacta ex feudo, nullo etiam pacto adcedente feudalis sit. Idem statuunt *Concl. sed. sub rubro von Aussteuer Adel. Wittwen und Jungfrauen lit. 2. Concl. IV.* vbi expresse dicitur: daß solche Geld der Lehen bleiben und Lehens-Art und Eigenschaften behalten/ dem

demnach nicht auf die allodial, sondern auf die Lehn-Erben vererbet werden müssen. Quam de consuetudinibus Pomeraniae opinionem etiam fouent LYNCKER in *Diss. de Feud. Pecun.* §. 26, & RHETIUS in *J. Feud.* p. 320. qui scribit, hoc publico statuum prouincialium placito & Domini territorii consensu ita statutum esse. Immo Dn. HERING de *Seruit. Feud. Vasall. Pomer. Cap. 3. tb. 32.* expresse indicat, moribus Pomeraniae antiquis pecuniam feudalem absque pacto naturam feudi habuisse hancque sententiam confirmat, praeiudicio ex actis iudicialibus in Sachen Henrich Dewitzen Sohne contra Maior Ulrich Felix von Dewitzen. Ast multa sunt quae huic sententiae opponi queunt. Primo enim ex iure communi notum est pecuniam ex feudo redactam, non feudalem esse sed ad allodialia spectare bona arg. 2. F. 26. §. si Vasallus ROSENTHAL de *Feudis Cap. 4. Concl. 7.* COTEMANN *Kol. 1. R. 8. n. 4.* Deinde 2do) quod in Pomerania absque pacto pecunia ex feudo redacta feudalis sit, concedi non potest. Obloquitur non modo *Constit. Feudal. eiterioris Pomer. Tit. 2. §. 6.* vbi expresse ad pacifcentium placitum prouocatur; sed & quod Oriental. Pomer. spectat, tam ex *Recessu Prouinciali de ao. 1606.* contrarium patet, quam ex classificatione Creditorum, vbi haec pecunia Erbe vocatur, vt taceam testimonia MEVII in *Corpsl. 21. n. 8. 9.* & HERINGII *cit. loc. C. 3. tb. 32.* Pro qua sententia etiam notissimum Facult. Jurid. huius Almae Gryphicae consilium prostat & in omnium manibus est. Porro 3tio) non temere praesumendum, quod Legislator tam a Jure Communi quam vicinarum Prouinciarum consuetudinibus prorsus deflectere voluerit.

Et

Et denique 4<sup>to</sup>) sub dubito vtrum vllus produci possit casus, quo recentiori aetate pecuniam ex feudo redactam heredibus feudalibus adiudicauerint patriae meae iudicia. Interim meliora edoctus facile rectiora sequar. Quod vero in Ord. nostra de pecunia ex feudo redacta sermo sit, ea quae autecedunt verba, quae que ita sonant: So viel aber die Lehn-Güter belanget u. u. vid. *Jura Mecklenb. p. 254.*, innuere mihi videntur.

§. XXI.

An vero praeter pecuniam numeratam omnes reliquae mariti res mobiles in hanc dimiam computandae sint nec ne? id inquirendum nunc erit. Ord. nostra Pol. quidem simpliciter, vt Vidua dimidiam bonorum mariti partem accipiat disponit; at *Delineatio des M. L. N. Tit. II. Art. 17.* Ord. nostram declarat, nonnullasque res ab onere collationis excludit, quando ait: Die reißigen Kutschen und Küst-Wagen / Harnisch / Wehren und Waffen / Büchsen / Geschütz / Pulver / Kugeln / Bücher / Kleider und was hiezu gehörig / folget den Erben allein. Vtrum vero hae res ad Hergewettam referendae sint, disquiri potest. Si penitius eas consideremus fere tales sunt, quae communiter expeditoriae dici solent. Nominem enim Hergewettae veniunt omnes res ad expeditionem militarem necessariae, vnde *Glossa Jur. Saxon. im Lehn-Recht Cap. 56. n. 8.* dicit: Herr Gewette heißet das Gerähte das zu eines Mannes Leibe gehöret in einer Heerfahrt; Adde BESOLD. in *Ubesaur. Pract. voc. Heer-Gewette.* Acaea Hergewettae est natura, vt soli filii, vel hisce deficientibus adgnati eam capiant, teste STRYKIO de *S. A. J. D. I. C. W. §. 9.* Speciatim quasnam res Hergewetta com-

D

pre-

prehendit, dependet a consuetudine locorum ubi hoc  
 ius est receptum, Jura Saxonica circa Hergewettam e-  
 rudite exposuerunt STRAVS *de Successione Hergewettica* ac  
 STRUVIVS *de Hergewetta Saxonica*. Qui scire cupit quid  
 in Pomerania circa eam iuris sit, euoluat MULLERI *Diff.*  
*de Successione Hergewettica in Pom. Orient.* & FRIDENBERGII  
*Jus Feudale Pom. MSch. C. 7. §. 12.* In terris Megapol. quid  
 circa Hergewettam valeat, legibus quidem nostris sta-  
 tutariis expresse dispositum non legi, vsum tamen eius  
 inueterata consuetudine atque immemoriali obseruan-  
 tia niti, docet responsio a Nobilibus anno 1581. Seren-  
 Principi VLTRICO data. Quum inter alias dubias atque  
 vexatas Juris Feudal. Meckl. quaestiones & hanc pro-  
 poneret Nobilibus quibusdam: ob die Landes-Erben des  
 verstorbenen Lehn-Mannes nechsten Lehns-Folgern / das Heer-  
 Gewette heraus zugeben schuldig seyn sollen und was zu dem  
 Heergewette vermöge dieses Landes-Gebrauch in specie gehöre.  
 Responderunt: Wir wissen daß das Heer-Gewette von alters  
 gefodert und gegeben / auch wohl nicht gegeben worden / weil  
 aber dieser Gebrauch aus dem Sachsen-Recht eingeführt / und  
 darin begriffen ist / was dazu gehöret stellen wirs auch dahin  
 vid. Dn. D. GERDESII *Sammlung Meckl. Schriften und*  
*Urkunden Collect. 1. p. 78.* Patet ex hocce haud leuio-  
 ris momenti testimonio satis luculenter successionem  
 Hergeweticam apud Megapolitanos vsu fuisse recep-  
 tam, consequiturque Delineationem das *M. L. R.* non  
 adeo inepte explicare *Ord. Pol.* quando vsum & obser-  
 vantiam Hergewettae, moribus vicinarum Provincia-  
 rum, immo ipsius patriae olim receptam, adhuc hodie  
 obseruandam inculcat.

§. XXII.

§. XXII.

Dissentientem equidem habeo TORNIOVIUM, qui *Cap. III. Sect. II. §. 42.* putat. hanc bonorum distinctionem, quam Delineatio das *W. L. N.* adducit, plane hic locum habere non posse, & quidem ex hac ratione, quia nimirum voces *alle Haab* quae in *Ord. Pol.* reperiuntur, per se generales sint, omniaque ac singula includant bona, nulla re, quae non expresse excipitur, exclusa. Verum enim vero, quod pace tanti Viri dixerim, in explicandis statutis non adeo verborum cortici est inhærendum. Scire enim leges non est verba tenere, sed vim ac potestatem, juxta *L. 17. de LL.* Vnde in explicanda lege id probe notandum, ut mens legis rationibus adaequatis deducatur, quod fit, si adhibeamus rationes naturales, si alios textus conferamus, si in subsidium sumamus mores provinciae, & si hi nihil certi habeant, vicinarum provinciarum mores consulamus. Validum enim est argumentum a vicinitate loci desumptum, si ibidem simile ius vel observantia obtinet, hincque in terminis argumentum de Pomeranicis feudis desumptum ad feuda Megapol. eorumque iura concludens pro valido agnoscit, *Mex. Conf. 44. n. 128.* Quum itaque §. praeced. indicaui, Hergewettae ius vicinae Pomeraniae, nec non ipsius patriae moribus olim quodammodo fuisse receptum, non putarem, illam distinctionem, quam improbat TORNIOVIUS, prorsus esse reiiciendam, quamquam quid praxi obtineat, non disquiram.

§. XXIII.

Prout itaque quaedam defuncti mariti bona ab onere collationis libera sunt, ita & ea, quae vxor propria

habet, excipiuntur. Id quod ipsissima Ord. Pol. verba  
 fat clare indicant, quae haec sunt: daß Sie von aller ihres  
 Mannes fahrenden Haabe die Helffte nehmen soll/ in qui-  
 bus de dimidia bonorum parte Viduae tantum ex ma-  
 riti bonis exsoluenda, statuitur. Proferam huius rei  
 testimonium ex HVSANI *M. L. R. Cap. XXV.* sequentem  
 in modum fluens: Dagegen behält die Frau alle ihre güld-  
 dene Ketten / güldene und silberne Geschmiede und Kleinodien/  
 auch Risten und Kasten/ Pfandt/ so ihr entweder von dem Man-  
 ne oder ihren Vater und Freunden gegeben und verehret oder  
 angeerbet worden. &c. Res quas HVSANVS h. l. recenset,  
 sunt Viduae propriae, illasque merito ab onere colla-  
 tionis eximit, dum ipsum nostrum statutum de iis silet.  
 Non aliter enim onere collationis Vidua est grauanda,  
 quam si verbis clavis & expressis statuti illud Viduis  
 impositum fuerit. Alioquin si verba statuti sint dubia  
 atque obscura ita explicari debent, ne proprias suas fa-  
 cultates superstes coniux conferre obstringatur, teste  
 PISTORIO *P. 1. Qv. 31. n. 29.* Quaecunque itaque artificio  
 suo atque pecunia propria acquisiuit KOHL. *ad Const.*  
*March. Qv. 7. n. 25.* vel ei sunt donata aut legata, ea ple-  
 no iure sibi retinet Vidua. *L. 31. ff. de Donat. inter Virum*  
*& Vxorem KLOCK Vol. 1. Conf. 71. n. 9.* Vnde & Xenia ac  
 munera, quae vxori in diebus natalitiis, vel in festo na-  
 tiuitatis Christi, zum heiligen Christ sunt donata propria  
 retinet, quippe quae nullam habuerunt causam acquae-  
 ctus coniugalis, sed ex solo donatoris liberali animo pro-  
 fecta sunt, prout recte notarunt NEUENHAN *de Jure Vi-*  
*duic Memb. 1. Sect. X. lit. C. BERLICH, P. II. Concl. XV. n. 29.*  
 CARPZOV *P. II. C. XIII. d. 20.*

§. XXIV.

§. XXIV.

Ratione munerum nuptialium, quae vulgo *Hochzeit*: *Geschenke* nominantur, suboritur quaestio: vtrum inter mariti an vero vxoris bona referenda sint! Distingunt quidem diuersimode DD. vti videre est apud BECHMANN *de Priuil. Mulierum* §. 39. p. 65. & MEV. *ad Art. 2. P. 2. Tit. 2. Jur. Lub. p. 168.* sed praeferenda mihi videtur illorum sententia, qui, ea bona quae vni ex coniugibus in specie donata oblataque sunt, eius propria fieri; quae vero dubia vtrum marito an vero Vxori in specie sint data, quales sunt, quae in genere ad domum mittuntur, in aequales partes inter conjuges diuidenda esse, asserunt atque defendunt. Hinc dimidia de communibus, & ea, quae in specie vxori oblata, ad eius patrimonium pertinebunt, nec in port. stat. computanda erunt.

§. XXV.

De iocalibus, vt vocant, & in horum classem numerandis rebus, videri potest MULLER *de Jocalibus Cap. 2.* In iure nostro feudali apud HUSANUM cit. loc. ea, so der Mann der Frauen gegeben / inter Vxoris bona propria referuntur; adeoque iocalia aliaue pretiosa vxori a marito donata, ad illam pertinere & immunia a collatione esse prorsus non dubito vid. BERLICH *P. 3. Concl. 29. n. 52. §. 66.* CARPZ. *in Jurispr. Forensf. P. 3. C. 23. D. 14.* id quod etiam Saxonico iure obtinet teste MULERO *d. 1. C. 5. §. 10.* Vbi vero iocalia a marito vxori non expresse donata, sed saltem annuli gemmati, catenae aureae vel alia ornamenta muliebria vxori sunt tradita, nulla facta mentione vtrum ea donare vellet nec ne,

D 3

tunc

tunc subdubitari potest, vtrum ea conferre an vero praecipere debeat Vidua Nobilis? Distinguunt communiter DD, an iocalia in vsum quotidianum, an vero festiuum tradita sint atque concessa. Si in vsum quotidianum concessa, praesumuntur a marito vxori esse donata; si vero in vsum saltem festiuum tradita tunc donandi animum non admittunt. Quae distinctio fatente JUL. CLAR. *sentent. recept. Lib. 4. qu. 10. n. 3.* in praxi recepta est, eamque sequitur omnis DD. schola.

§. XXVI.

Nunc progredior ad ea, quae vsus & obseruantia teste TORNOVIO *Cap. III. S. 2. §. 40.* Viduis Nobilibus indulgere voluit. In quorum numerum veniunt imo) *vestes lugubres.* Sunt quidem Jctorum nonnulli, qui Viduis in genere ex bonis mariti vestes lugubres denegant. arg. *L. 37. de Religios. vti in ea haeresi sunt FRANCIS. ARETIUS in L. 24. C. de Negot. Gest. GARSIVS de Expensis C. 8. n. 30. ZASIUS Lib. 2. singul. cap. 3.* Alii respiciendum volunt, vtrum maritus obstrictus sit salere vxorem, nec ne. In priori casu praestandas esse vestes lugubres concedunt, in posteriori vero negant, vti videre est apud HEESERUM *de Acquestu Coniugal. P. 1. Loc. Com. §. n. 142.* Rursus alii ad vsum & consuetudinem prouinciae attendendum esse putant & non deberi nisi adsit & proberur a Vidua talis consuetudo vid. TOB. NONIUS *Consil. 91. n. 11. CAPYC. Decis. 26. n. 1. & HARTMANN pract. Obs. Lib. 2. Miscell. C. 1. Obs. 8.* Verum recte obseruat Ill. BÖHMNERUS *Tom. 2. P. 1. Consil. 64. n. 33. p. 64.* moribus Germaniae vniversalibus deberi viduis ex bonis praedefuncti mariti vestes lugubres, quam in rem ad testimonia prouocat MEY. *Decis. 242. & CARP. 207*

207 P. I. C. 28. D. 41. Pro qua sententia etiam facit BERGER in *Elect. Discept. Forens. Supplem. P. 2. p. 852.* ibique largam manu allegati DD. Immo Icti nostri vxoribus hoc ius concedunt, etiam si maritus vxori annuatim loco vestium certam pecuniae summam ein gewisses Kleider-Geld soluere consueuerit BERGER *cit. loc. p. 852.* vel etiam si se propriis suis vestibus lugubris induerit CAPTC Decif. 26. per tot. & KLOCK Vol. 3. *Consil. 153.* vel denique de propriis vestes lugubres comparauerit. TESSAUR. Dec. 43. n. 1. GIURBA ad *Consuetud. Messan. C. 13, V. 4. n. 27.* & CONSIL. TUBING Vol. 6. *Conf. 26. n. 48. p. 203.* ita vt nihilo minus ex bonis mariti vel pretium vel vestes viduis praestari debeant. vid. HEESER *c. l. P. I. Loc. C. 5. n. 138.* Nec inter viduas nobiles in hac materia discrimen faciendum est, vid. BALTHASAR ad *ius Bauar Tit. 1. Resol. 1. n. 107.* Sunt quidem qui cum ROLAND a VALLE Vol. 1. *conf. 10. n. 18.* defendunt, viduam si ad secunda vota transeat restituere debere vestes lugubres pretiosas & festiuas, contraria tamen in terminis docet BARBOSA in *L. 34. n. 83. ff. solut. matr.* Nostris moribus vix exemplum obuium erit, quo a vidua, ad secunda vota transire volente, lugubres vestes repetierunt praedefuncti mariti heredes. Potius vniversaliter Germanorum quasi lege introductum est, vt viduis ex bonis mariti & praestanda & relinquenda sit vestis lugubris. Hinc nec Viduas Nobiles in Megapol. ab hoc beneficio excludere audeo, praeprimis cum vicinarum & aliarum prouinciarum mores cum nostris conspirant. Quod vero Ill. MEVIUS P. 6. Dec. 243. circa vestem lugubrem excitato Creditorum concursu monet, id optimo iure ad casus obuientes in patria mea applicari potest.

§. XXVII.

§. XXVII.

Porro 1do) debetur Viduis ex praxi Prouinciae nostrae eine Trauer-Kutsche nebst Pferden. Dependet hoc ius a consuetudinibus cuiusvis prouinciae vbi introductum est vel non. In Ducatu Bremensi vti patet aus dem Ritter-Recht Tit. 9. debetur viduis ein Wagen und zwey der besten Pferde & ex Constit. Wollin de 10. 1569. ac Concl. Seden. Tit. 13. Concl. 3. constat Pomeranorum mores haud dissimiles esse. Obseruat tamen MEVIUS in MSch. de J. Feudal. Pomeran. Cap. IV. vti eius verba fluunt Wann Witt-Frauen nach der Ehe Männer Tode Wagen und Pferde / so derselbe verlassen / zu sich genommen und als die ihrigen gebrauchet / mögen sie dafür keine andere fordern / wie erkandt in Sachen Paul Ramels Wittwen contra dessen Lehn-Folgern zu Alten Stettin den 22. Jul. 10. 1636. Praeterea quoque notandum venit, non prius, quam creditoribus satis factum, currum & equos ex bonis mariti praestandos esse, docente MEVIO P. VI. Decis. 244. vti anno 1671. den 20. Sept. in caussa Hacholt, contra Schwerin iudicatum est. Neque si vidua statim post maritum moriatur, ab heredibus viduae hoc lucrum peti potest, vti die 1. Decembr. 1518. in caussa Parsenowen, referente DN. D. GERDESIO in Diss. de debitis feudal, contra Parsenowen iudicatum. Quae omnia quod etiam in Megapoli vsum inveniunt, & praxi ita obtineant, nullus plane dubito.

§. XXVIII.

De Viduarum habitatione 2tio) refert TORNOVIUS l. cit. eam quoque Viduis nostris & quidem ex pacto deberi. Verum crederem non modo ex pacto, sed & ex more & consuetudine prouinciarum, quatenus id facultates praedefuncti mariti mittunt, habitationem praestant.

standam esse Si enim debita superant facultates defuncti, cessabit omnino hoc Viduis competens ius. Constituitur vero hoc beneficium vel ita, vt vxori a defuncto marito aut heredibus eius ipsa quaedam domus tempore viduitatis inhabitanda tradatur, quod in Pomerania iure consuetudinario & locario introductum, ac in nonnullis aliis prouinciis receptum est, monente WESENBECIO P. I. *Conf. XXVI.* vel certa nummorum quantitas viduae assignari solet & quidem ita, vt quandoque ad eius restitutionem, praestita cautione, teneatur, quandoque vero liberam de ea disponendi habeat facultatem, nec eam restituere debeat. Nonnunquam etiam mariti heredes sortem retinent, viduae promissas vsuras annuatim soluentes, *conf. COTHMANNVM Vol. II. Conf. 92. n. 1. & 14. MEYVM P. IX. D. 61. & Conf. 44. n. 48.* Quae nummorum quantitas, si nec statutis, nec a marito expresse est determinata; tunc heredes mariti tantam, quantum personae qualitati, familiae numerositati vel paucitati, dotis quantitati & receptae loci obseruantiae convenientem iudicant, determinabunt STRYK de *Jure Viduae Nobil. Saxon. Cap. 7. n. 3. COTHMANN Vol. IV. R. 3. n. 21. & Vol. II. R. 92. n. 14. p. 296.* Plura de hoc argumento habet SCHROETER in *Diss. de pecunia habitationis viduarum, cuius serinia expilata prorsus mihi non arridet.* In Megapoli communiter domus aliqua, tempore viduitatis inhabitanda, a successoribus feudalibus traditur. Est enim hoc habitationis ius, testante COTHMANNO *Vol. II. R. 92. n. 7.* onus feudi; quod feudum sic afficit, vt qui in illud succedit, id subire teneatur.

E

§. XXIX.

§. XXIX. *Competit tandem* 4<sup>to</sup>) Viduae Nobili in Megapolius exigendi a marito promissam Morgengabam, teste TORNOVIO *P. I. p. 307.* quod & innuunt verba, *des projecten M. L. N. Tit. XII. Art. 24.* quae sic sonant: So nunt auch die Frau die Morgengab, welche ihr der Mann geschenkt hat. Non tamen aliter peti potest, nisi vel a marito in patris dotalibus fuerit promissa, vti iudicatum est in Pomerania, referente GERDESIO *in Diff. de debitis feudae Cap. V. §. 40.* vel etiam, si separato, prout nonnunquam fit, instrumento vxori fuerit constituta. Conf. CARZOV *P. III. Const. 38. D. 20.* COCCEN *Jurisprud. publ. Cap. 28. n. 6.* Morem hunc dandi & constituendi munus Morganicum, adhuc hodie inter illustres ac nobiles Germaniae frequentissimum, ab antiquo obseruarunt. Saepius enim huius muneris mentio fit, in antiquis legibus Longobardicis, Burgundicis, Allemannicis & Ripuariis, teste LINDENBROGIO *in Glossario ad vocem Morgengab* ac nihil aliud significat, quam donum matutinale, quod postea clariori voce Morgengab dictum fuit. Lingua enim vernacula allemannica mane *Morgen & cap.* seu *gab* donum dicitur, iuxta interpretationem MYLERI *in Gamol. Person. Illust. C. VI. n. 4.* Vnde feudistarum patriarchae, vt vulgo adpellant, ANDREAS ab ISERNIA & ALVAROTTVS *ad Lib. II. F. Tit. 29.* multum a veritate aberrant, deriuantes Morgencap. a mortis causa capione.

Nos tris plerumque moribus sub voce Morgengab continentur, iocalia, gemmae, clenodiae & cetera, quae ad mundum muliebrem referuntur CARZOV *P. 3. C. 33. d. 20.* PHILIPP *in. us. pract. Inst. Lib. 2. eccl. 39. n. 2.* Nonnun-

nunquam etiam Morgengab comprehendit, vsuras dup-  
plices, quae vel vxori numerantur vel dotalito adiun-  
guntur, ita vt hisce vsuris a die matrimonii consummati  
vxor fruatur. *LYDOLPH de Jure Fam. Illust. Sect. II. Memb.*  
*II. §. V. n. 5.* In Pomerania, si in pactis dotal. certa quan-  
titas non est expressa, ad modum dotis promissae Mor-  
gengaba aestimatur & in singulis 1000., dotis loco pro-  
missis, 50. loco Morg. debentur, prout expresse decisum  
legitur in *Concl. Sed. 3. Tit. 12.* Alioquin inter nobiles or-  
dinaria quantitas est 200. Imp., ceu refert *MYLERS in*  
*Gamol. Cap. 12. §. 12.*

Notandum circa hoc domum venit, quod secun-  
dum Jus feudale commune, non aliter ex feudo illud  
debeatur, quam si successores feudales, eius ratione cer-  
tam pecuniae summam soluendam in se susceperint,  
*STRUV. Jurispr. Feudal. Cap. XX. §. 5. LYNCKER. in Resol. Ju-*  
*rid. Resol. 586.* Jure vero Pomeranico in subsidium defi-  
ciente allodio ex feudo solui debet, quod aperte dispo-  
nunt *Concl. Sedim. Concl. I. Tit. XII.* Moto tamen concursu  
creditorum, hoc lucrum post omnes debitores ponitur,  
nisi acceptum eius loco, in mutuum marito sit nume-  
ratum, quo casu adjudicatur eo loco, quo in ordine  
prioritatis poni solet eiusmodi creditum. Vid. *MEY.*  
*P. VI. Dec. 245.*

§. XXX.

Quaeri hac occasione potest an Viduae Nobili se-  
cundas nuptias celebrantia sponso Morgengaba dari que-  
at? sunt nonnulli DD, qui, seducti falso principio de vir-  
ginitatis remuneratione, tunc aliud eam in rem esse  
excogitandum nomen, putant. Ficulneam vero a vir-  
gini-

ginitate amissa duci rationem, obseruat MYSING, *Resp.* 53. n. 24. Accedit, quod moribus Germanorum iam consummatum sit matrimonium post deductionem in torum, nec stricte exigatur, vt & coitus accedat & virginitas interficiatur reapse, ceu indicat GVDLING *de Diff. de Emt. Vxor C. IV. §. 26.* Quin immo meretricium sit, exigere vectigal ab amantibus, quibus locatur corpus. Pudeat hinc ICtos senes, his nugis, de quibus nemo Legislatorum aliquid somniauit, sensus iuuenum titillare, vt loquitur DN. de LVDEWIG *in Diff. de Dote mariti §. XLII.* Datur enim Morgengaba ex qualibet alia causa, puta, honoris, nobilitatis, dignitatis, vel in remunerationem rei donatae, ac in praemium remunerationemque pudicitiae coniugalis, quod quadrat quoque in viduam, quae se agnoscendam tradit marito.

In transitu quasi liceat mentionem facere singularis, sententiae, quam fouet MYLERUS *in Gam. C. 16. §. 4.* Hic ex falso isto principio de virginitatis remuneratione, hanc falsam trahit conclusionem, Juvenem a vidua coniuge merito huiusmodi praemium atque donum coniugale expetere posse, quia primam emoriturae virginitatis lympham cum ipsa communicavit. Verum non inuenit, insulsa huius opinionis, vel laudatores vel sectatores.

§. XXXI.

Annueratur quoque port. stat. Viduarum Nobilium Annus gratiae, quo viduae conceditur ius fructus vnus anni integri ex Feudo praedefuncti mariti capiendi, cum onere tamen usurarum pro aere alieno mariti praestandarum. Hoc viduis concessum privilegium ius feudales commune plane ignorat, quum secundum illud foeminae a successione feudali exclu-

excluduntur 2. F. 50. Nititur hinc specialibus alicuius loci  
receptis legibus ac moribus, quibus non probatis, nec hoc  
ius receptum praesumitur. De tali consuetudine Ducatus  
Bremenfis & Verdenfis testatur illorum Ducatum quondam  
Cancellarius JOH. STVCK *Conf. IV. n. 436.* Imo ipsa verba des  
Bremischen Ritter-Rechts *Tit. 3.* hoc satis clare innunt: So  
mag die Frau nach löbl. Stiffts-Gebrauch in ihres seel. Zun-  
ckers Wohnung und allen Gütern ein Jahr 6. Wochen und 3.  
Tage, ohne einige Einsperung sitzen bleiben, und alle Nütungen,  
Zinsen, Pachte und Dienste der Güter zu ihren besten genießen.  
Jus Pomeranicum in *Reces. Prov. Wollinens. de Anno  
MDLXIX.* ab hac lege non recedit, id quod testimoniis suis  
passim comprobant SCHEPLITZ in *Promt. J. F. A. C. Tit. 29. S. 6.  
n. 8.* MEVVS *Conf. 44. n. 48.* COTHMANN *Vol. 4. R. 8. 14.* GERDESIVS  
*de Oneribus Feudi S. 16.* & GEORG. GVST. GERDESIVS in *Diss. Inaug.  
de Debitis feudal. ex feudis Pom. soluendis Cap. 5. S. 35.* In Megapo-  
li è contra Viduae Nobilium ex Constitutionum ac consue-  
tudinum feudalium tenore, annum gratiae non accipiunt.  
Quaquam enim HVSANVS eo perpendere videatur in MSco  
des M. L. R. *Tit. XXVII.* vbi scribit: Lasset der Lehn, Mann  
nach sich seine Haus-Frau, so gebühret derselben aus seinen Gütern  
ihre Frauliche Gerechtigkeit, neml. daß sie Jahr und Tag ( wo  
ferne sie sich in solcher Zeit nicht verändert ) in seinen vollen Gütern  
mag besitzen bleiben und alle Nuskünffte und Hebungen desselbigen  
Jahrs daraus haben und genießen &c. attamen de contrario  
vnanimiter testantur rerum patriarum cultores celeberrimi  
& consuetudinum peritissimi, ceu indicat TORNOV *P. I. p. 508.*  
innuntque verba GERDESII In den Sammlungen Meckl.  
Schriften und Urkunden *p. 378.* ibi: Damit dem seit etwa  
40. Jahren bemerkten Mißbrauch und gewissen neuen, hier im  
Lande sonst ganz fremd gewesenenen Lehns-Rechts principis als da  
sind von dem Gnaden-Jahr der Wittwen eines Lehns-Mannes,  
der nöthige Kegel vorgeschoben werden könte. De allegato vero  
Jure feudali Meckl. constat inter omnes, quod non vltorius  
obliget, quam quatenus constitutionibus, praxi ac obseruantiae  
conforme esse reperitur. Plura de hoc iure qui desiderat, euol-  
uat

uat quaeso STRKII *Diss. de Anno Gratiae & FRIDER. ORTHII Diss. Inaug. de fructibus ultimi anni.*

§. XXXII.

Coronidis loco mentio adhuc facienda est sic dictarum rerum Comestibilium v. des Mustheils, quod iurum iure Saxonico consistit, in dimidia parte omnium cibariorum esculentorum & potulentorum, quae post tricesimum a morte mariti diem supersunt. Spectat huc omnis anona, gedroschen und ungedroschen Getreide, butirum, calei petafones & eiusmodi victualia. Vid. CARPZOV *P. 3. C. 34. D. 2.* BARTHIVS *von der Gerade C. 6. Membr. 4. p. 631.* Petere tamen vidua illa debet ab heredibus feudalibus intra annum & diem alias praescribuntur. NAEVIUS *de Juribus Foem. in Feud. C. 3.* BARTH. *c. 1. p. 638.* Ab hoc differt *Superuita* das Eingeschneidels quod per singulos annos, viduae ad alimenta solet praestari & consistit in certa anona ac comestibilibus. Conferas de hoc iure WILDVOGELII *Diss. de Superuita.* Vtteriorem enim huius materiae discussionem hic superfluum esse, duco, quum haec iura non Viduis Nobilibus Megapol. sed Saxonis sint propria, conf. STRYKII *Diss. de Vidua nobili Saxonica l. 1. n. 5.* Interim si Nobilis quidam Megapol. in pactis dotalibus vxori suae haec iura promiserit, das, wann sie seinen Tod überleben und in den Wittwenstand gesetzt werden solte, Sie als dann aus seinen Gütern das Eingeschneidels und Mustheil, wie solches den Adelichen Wittwen in Sachsen zustehet, auch alhier in Mecklenburg zu genießen haben soll, nullus dubito quin eo in casu Vidua Nobilis Meckl. haec ex bonis allodialibus exigere possit. Nihil enim aequitati naturali magis est consentaneum, quam quod pacta seruanda sint, per *l. 1. pr. ff. de pactis* quodque antecessoris facta a successore praestanda veniant. Nec obtare possunt, vel contraria locorum consuetudo, vel etiam statuta quibus haec omnia non recepta sunt, dum sufficiat ea non specificè perhibita esse, quodque in rebus non perhibitis sed permissis pacta semper statutis potiora habenda sint, restantur MEVIUS *ad Jus Lub. P. II. Tit. II. A. 12. n. 366.* & BRUCKMANN *Vol. I. Consil. 34. n. 74.* Adde das *proiectirte M. R. R. Tit. XII. Art. 11.*

P. 318



Greifswald, Diss., 1738-40

ULB Halle


005 360 79X

3



5b





Inches

Centimetres

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

E. 30. num. 30.

1738/8

SPECIMEN INAUGURALE ACADEMICVM

DE

VIDVA NOBILI MECK-  
LENBURGICA,

PRAECIPVE

De

Portione Viduarum Nobilium in Megapoli  
Statutaria.

P R A E S I D E

CHRISTIANO NETTEL-  
BLADT,

ICTO ET ANTECESSORE PRIMARIO, FACULTATIS  
SVAE SENIORE ET P. T. DECANO, REGII CONSISTORII  
DIRECTORE, ET ILLVSTR. SOCIETAT. REG. VPSAL. SODAL.

P R O L I C E N T I A

AC SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS  
CONSEQVENDIS

D. XXIII. MAY. A. O. R. MDCCXXXVIII.

PVBlice VENTILANDVM PROPONIT.

HENRICVS NETTELBLADT,  
ROSTOCHIENSIS.

GRYPHISWALDIAE,  
AERE HOEPFNERIANO.

